

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXXIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn.unibibliothek.de:gbv:ha331148122

tem curare instituerit. Apud Antoninum Cæsarem Galenus, apud Augustum Antonius Musa, apud Carolum V. Vesalius. Ex hisce iudicijs sapientiss. principum medicinæ dignitas conspicere potest. Sed illustrius est sapientia diuinæ testimonium, quod hoc in loco Syracides recitat.

V T I L I T A S vero in tuenda & restituenda sanitatem omnibus nota est. Nam per omnes omnium ætatum gradus vniuersitatem artis medicæ beneficijs innumerabilibus, sicut vox diuina inquit: Honora medicum: propter necessitatem enim creavit eum altissimus.

Est & methodus seu ordo & series partium doctrinæ medicæ testimoniū sapientiæ diuinæ, & dignitatis ac certitudinis & immensæ varietatis optimum rerum, quas hæc scientia complectitur: cuius primæ partes Q U A T U R sunt: Φυσιολογικὴ seu Ανατομικὴ. Αιτιολογικὴ. Θεραπευτικὴ. Διαιτητικὴ. Physiologicæ seu considerationis naturæ humani corporis loci præcipui sex sunt. 1. Elementa seu prima communia rerum omnium principia. 2. T E M P E R A M E N T A . 3. Humores quatuor. 4. PARTES humani corporis solidæ. Similares nouem, vt caro, ossa in toto corpore 304. Cartilago, Neruus, Chorda, Ligamentum, Vena, Arteria, Membrana. Dissimilares & organicæ, vt cerebrum, cor, iecur, ventriculus, pulmones, manus, pedes. 5. Facultates & actiones naturales, vitales, & animales. 6. Spiritus animales & vitales. Αιτιολογικὴ MOR BORVM omnium nomina, descriptiones, signa, C A V S A S & symptomata explicat. Θεραπευτικὴ curationes morborum adhibitis remedij seu medicamentis idoneis ostendit. Quæ vel simplicia sunt, quorum materiæ ab herbis vel alijs plantis vel animalibus, vel terra & metallis, vel aqua & mari sumuntur. Atque hæc pars medicinæ totam stirpium seu arborum & herbarum, & animalium, & totius ferè rerum naturæ historiam vberimam & iucundissimam complectitur. Vel ex simplicibus composita sunt, & vel intra corpus sumuntur, vt Pilulae seu Catapoti, Syrupi seu Serapia, Iuleb, seu Zulapia. Decocta, Ecligmata, Gargarismi. Antidotæ vt Theriaca, Pulueres, Clysteres, pessi, &c. vel extrinsecus adhibentur, vt Emplastræ, Vnguenta, Sacculi, Embrochæ, Inseßiones, &c. Διαιτητικὴ seu ογκιστικὴ loci præcipui sunt sex res non naturales, vt vulgo vocantur, quæ videlicet non sunt partes naturæ corporum nostrorum, sed tamen ad conseruationem corporis necessariæ sunt, & recte ac commode usurpatæ bonam valetudinem tuentur: immoderatè vero aut peruersè adhibita corruptunt. Aér, cibus & potus, exercitatio & quies, somnus & vigilia, evacuatio & retentio, affectus.

Fili mi, si quem contigerit mori, deplora & luge eum. Posterior pars 38. capitulū de luctu in morte amicorum moderando præcipit. 1. Quia nihil profit mortuo. 2. Quia lædat valetudinem & vitam lugentis. Nam tristitia multos occidit, & utilitas non est in ea. 3. Quia mors omnibus communis sit, ne quidquam peculiariter in uno lugeri debeat, quod omnibus sine villa exceptione accidit. 4. Quia pijs mortuis bene sit in vita beata. Nam beati sunt mortui, qui in Domino moriuntur à modo, vt requiecant à laboribus suis. Confer epistolam Senecæ centesimam.

Caput XXXIX.

Qui

v i scripturam discere debet, non potest vacare alijs rebus. Et qui docendus est, huic faciendum est libe-

Studia litera-
rum.

*rale ocium. Quomodo literis & studijs incumbere potest, qui stiuvam aratri tenet, quiq; mauult fla-
gro boues agere, & similibus operibus occupatur, & nihil no-
nit quam de bobus loqui? Huic cogitandum est de agricultu-
ra, quomodo mane & vesperi pascat feno vaccas suas. Sic
& fabri, qui diu noctuq; laborant, & statuas sculpunt, & ope-
ram dant, ut varia opera absoluant. Illis cogitandum est,
ut præsent artifices, & diu noctuq; annitendum, ut fabrefaci-
ant que instituerunt. Ita & faber ferrarius incudem &
officinam suam curat, hic defatigatur ab igne, & delassatur
ab astufornacis, tinnitus malleorum ferit aures eius, & attentus
incumbit, ut opus absoluat, & cogitandum est illi, quomodo
perficiat, & mane & vesperi annitendum, ut illud pulcrè per-
poliat. Ita & figulum oportet incumbere labori suo, ro-
tamq; cogitur impellere pedibus, & singulari cura quadam fin-
gere opus suum, habetq; certas operas diurnas. Brachijs suis
opus ex luto fingit, & subinde incuruando se, delassatur. Co-
gitandum est illi, quomodo pulcrè opera sua vitro incrustet, &
mane ac vesperi fornacem purget. Hi omnes artificij suis
dant operam, & quilibet annititur, ut suum artificium calle-
at. Homines in urbibus illis ægre carent. Sed in legationibus
libitti non possunt: nam publica munera obire nequeunt, nec
ad gubernandam Rempublicam satis apti sunt. Solertiam aut
intellectum non habent ad docendam scripturam, aut ad pra-
dicandum iudicium & iustitiam. Sententias sapientum legere
non possunt, sed coguntur operam dare rei familiari, neque ali-
quid cogitant amplius, quam ut labore suo aliquid lucentur.
Qui autem in hoc incumbit, ut discat legem altissimi, huic per-
scrutanda est sapientia omnium veterum, huic perlegendi sunt
libri Prophetarum, hunc oportet attendere ad gesta clarorum
homínium, & meditari quid sibi velint aut doceant: Hic oportet
discat sententias spirituales, & in profundis sermonibus se
exerceat. Hic inservire poterit Principibus, & versari apud
magnates. Hic legatus mitti poterit in externa regna. Nam*

Ggg

pericu-

Chyf

periculum fecit apud homines, ecquid valeat vel non valeat, quid ob sit, profit, quid expediat vel non expediat. Hic cogitat quomodo mane surgat ad querendum Dominum, qui creauit eum, & quomodo oret coram altissimo. Hic quidem os suum magna fiducia aperit, & orat pro peccatis totius populi. Et quando ita placatus est Dominus, tunc dat ei Spiritum sapientiae opulenter, ut consilium sapiens, & doctrinam possit tradere potenter, pro quo & Domino gratias agit in orationibus suis. Et Dominus dat consiliis & doctrinae eius felicem successum. Et hic primum apud se omnia premeditatur. Deinde suam in medium afferit sententiam & doctrinam, eamq; confirmat scripturis sanctis. Et multi admirantur sapientiam eius, atq; illa interibit nunquam, nulla erit illius viri obliuio, & nomen eius durat à generatione ad generationem. Quicquid ille docerit, latius propagabitur, & ecclesia illum celebrabit. Interim quod vinit, nomen habet clarius quam alij mille, & post mortem manet fama eius.

DE VITA SCHOLASTICA, SEV STVDIIS LITERARVM, DOCTRINÆ DE DEO, LEGVM, ET ARTIVM BONARVM, CONCIONATVR: Quas scimus eximia & singularia Dei dona, & ex sapientiae & veritatis diuinæ radijs in mentes hominum transfusis, & aspectione ordinis & naturæ rerum à D E O conditarum, extractas esse, vt duces ad Dei agnationem, & vitæ humanæ præsidia & rectrices sint, sicut in proximi præcepti capite de arte medica dictum est. Ideo Deus ipse seuerissime nobis mandauit, vt literas, linguas & artes, à se generi humano velut expressissima sapientiae & bonitatis diuinæ specula, & maximum utilitatum causa monstratas discamus. 1. Tim. 4. Attende lectioni & doctrinæ. Titum 3. Discant & nostri bonas artes, vt bonis operibus seu functionibus Reipub. præesse possint, ne fiant infrugiferi. Titum 1. Doctor ecclesiæ sit tenax veræ doctrinæ, qui & exhortari possit per doctrinam suam, & contradicentes conuincere. Manifestum est autem, veram de Deo doctrinam in libris Prophetarum & Apostolorum toti humano generi velut normam fidei & totius vitæ ad discendum propositam, ne quidem legi, multo minus intelligi, & alijs prælegi, & explicari, & in certaminibus veram illius sententiam defendi posse, sine cognitione literarum, linguarum, & multarum artium, quæ in scholis traduntur. Nec leges honestæ primum condi, nec retineri & explicari, nec iudicia regi & conseruari sine litteris & multiplici doctrina potuerunt.

Priuatim vero singulis summae utilitates & commoda ex studiis literarum accedunt. Ars medica amplissimam cognitionem naturæ humanæ, plantarum & animantium complectitur, & valetudinem corporum depulsiis morbis & vitam hominum tuetur. Doctrina Iuris, disciplinam & pacem in Re-

in Rebus pub. conseruat, dum controversias ciuum iure & legibus dirimit atq; componit. Linguarum latinæ, Græcæ & Ebrææ cognitio ad lectionem Prophetarum & Apostolorum, ad Historias & omnium artium præcipuos scriptores intelligendos necessaria est. Arithmeticæ & in motuum cœlestium computatione, & in omnibus vitæ generibus, in Oeconomia, in politijs, in mercatura, in bello & pace, necessaria est. Doctrina Ethica, & exempla virtutum in historijs proposita, communem hominum vitam & mores honestè regunt. De hac virilitate Cicero inquit: Nam nisi mihi ab adolescentia suasissimæ, nihil esse in vita homini magnopere experendum, nisi laudem & honestatem. Dialectica in discendis ac docendis omnibus cæteris artibus magno usui est. Eloquentia coetus hominum, consilia principum & præcipua vitæ negotia gubernat. Deniq; nulla ars est, quæ non insignem aliquam utilitatem generi humano adferat.

Nec vlla duleior & verior voluptas est, quam doctrina & consideratio rerum bonarum, vt Dei, virtutum, motuum cœlestium, elementorum, planitarum, animantium & præcipue animæ & corporis humani, quæ in bonis artibus aperiuntur & explicantur, vt verissime Aristoteles dixit: η τοια διανοσες εχει την καθηγιστην την βελαιων. Sapientia admirabiles voluptates & omnium purissimas & firmissimas adfert.

Denique præcipuum decus & maxime proprium hominum sunt doctrina & literæ: quo præcipue reliquis animantibus anteceilunt, & proxime ad cognitionem & similitudinem Dei accedunt, vt Aristoteles interrogatus, Quid differunt docti ab indoctis, respondit, idem quod viuī à mortuis. Itaq; omnibus temporibus sapientissimi homines, & laudatissimi reges ac principes studia literarum amarunt & coluerunt, & velut eximia & singularia ornamenta Rerum publicarum, magna liberalitate & illustribus premijs excitarunt & ornarunt, vt Ioseph, Dauid, Nabuchodonosor, Alexander magnus, Ptolemaeus, Philadelphus, Iulius Cæsar, Constantinus, Theodosius, Carolus magnus, &c. Quare vicissim beneficio literarum immortale nomen & gloriam sempiternam asecuti sunt. Hac vera dignitate & utilitatibus ac causis grauiissimis, quæ singulos ad studia literarum & artium honestarum reuerenter colenda impellere debent, primū confidatis: Syracide concio legatur, quatuor commonefactiones præcipue complectens.

Primū monet, scholasticis ad literarum studia destinatis, concedendum esse liberale ocium, vt huic summo & omnium præstantissimo labori, videlicet, discendæ veræ de Deo doctrinæ & iuri diuino ac humano, & cæteris artibus ac linguis ad illius explicationem & propagationem necessarijs, vacare & incumbere possint. Itaque nomen habent ἀρναὶ ab ocio, non ignano & inerti, quod omni cura & negocio vacat, sed immuni & libero à fôrdidis & illiberalibus curis & laboribus corporum, vt animus vni illi summo & sanctissimo labore docendi & discendi intentus esse possit. De quo litterario ocio studiosi epistolam Plinij ad Minutium meminerint. In Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco, cuius fultus animus sustinetur. Nihil audio, quod audisse, nihil dico, quod dixisse penitcat. Neminem reprehendo, nisi vnum me, cùm parum commode scribo. Mecum tantum & cum libellis loquor. O' dulce ocium, honestumque, ac penè omni negocio pulcrius! Proinde tu quoque strepitum istum, inanemq; discursum, & multum ineptos labores relinque, teq; studijs vel ocio

G g g 2 trade.

trade. Satius est enim, ut Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit, ociosum esse, quam nihil agere. Meminerint etiam studiosi hoc in loco argumenti visitati solutionem. Vita ociosa nec Deo placet, nec utilis est hominibus. Academæ, in quibus docentur literæ, sunt cœtus hominum ociosorum, & plerumq; etiam petulantium & turpium nebulo-num, quales ferè efficit ocium, vt dicitur: Homines nihil agendo male age-re discunt. Ergo Academæ nec Deo placent, nec viles sunt Rebus publicis. Respon. Nego consequentiam, & ratio est: Quia est fallacia æquiuocationis. Aliud enim significat ocium in maiore, videlicet cessationem ab omni cura & labore honesto. Aliud in minore, vbi ocium significat vacare studijs literarum & bonarum artium. Hoc ocium ingens & difficilis la-bor animi est, & expressa voce Dei mandatus, cum inquit: Attende lectio-ni & doctrinæ. Deinde ad Minorem respondeo, A per accidens ad per se non valet consequentia. Etsi enim in Academis aliqui se scholasticorum ti-tulo venditant, qui ocium plane ignavum & voluptates ac libidines secten-tur, aut etiam velut Cyclopes tumultuentur, tamen multi in cœtibus scho-larum sunt, attente & sedulo incumbentes studijs bonarum artium, & mode-stè ac castè viuentes. Nec propter quorundam literatorum mores vicio-sos, ipsa professio & cultura literarum, vel genus vitæ scholasticum vitupe-rari aut reprehendi debet.

Secundò, Antithesin instituit Syracides hominum doctorum & sapien-tum, & opificum, agricolarum, sculptorum, fabrorum & sigulorum. Ha-rum artium mechanicarum præsidio, etsi vita communis carere non potest: tamen in publica gubernatione ecclesiæ & Reipublicæ, in propagatione veræ de Deo doctrinæ, in dando consilio Reipublicæ, in regendis iudicijs, in legationibus ad exterias gentes, & alijs officijs publicis, nullæ opificum illorum partes esse possunt. Sed doctrina & sapientia eruditorum negocia illa regi necesse est.

Tertiò, De causis efficientibus doctrinæ & sapientiae salutatis & felici-um in gubernatione consiliorum & successuum, monet, tres causas concur-rere. 1. Inuocationem Dei quotidianam & ardente, qua petamus, vt ipse nos doceat, & salutaria consilia & successus largiatur, vt Luc. 11. dici-tur: Quanto magis pater vester coelestis dabit Spiritum sanctum petentibus. & nota est precatio: Συμβέλετο γαγδιόν καὶ φορεύεται συμβέλην τοῦ δοκτοροῦ αὐτοῦ. Consilium sapiens, occasio commoda, felix Exitus, vnius sunt tria dona Dei. 2. Studium & diligentiam in discendo & perlegen-dis libris prophetarum & omnium veterum, & inuestigandis salutaribus consilijs, præstantem intentionem animi, cogitationem, curam & circum-spectionem necessariam, vt hic inquit: Primum apud se omnia præmedita-tur, Deinde suam in medium affert sententiam, vt Cicero scribit, se nun-quam ad dicendum nisi diligenter præmeditatum accessisse. Et Demosthe-nes, cum ei obijceretur, quod ad lucernam prius scribebat orationes quas habiturus esset, dixit, se, si possit non modo scripta, verum etiam sculpta di-eturum esse, quia improbum ciuem esse iudicaret, qui de maximis rebus di-cere, & consilium dare Reipublicæ auderet, re non diu antea multumq; co-gitata. 3. Auxilium Dei dantis euentus optatos, & felices, Ne labor in Domino noster inanis eat. Quarta commone factio est de gloria im-mortali, quam doctrina & sapientia suis cultoribus, Moysi, Dauidi, Salo-moni,

moni, Danieli. & apud Ethnicos Soloni, Thaleti, Platonii, Aristoteli, Cicero peperit. Nil non mortale tenemus Pectoris exceptis ingenijq; bonis.

Caput XL.

HABEO adhuc plura, que dicam. Nam sum in-
star luna plena, Obedite mihi, filij sancti, Et crescete
sicut rose plantatae ad riuulos aquarum, Et spargite
odorem suauem instar thuris. Florescite sicut lilia,
ut fragrantia detis odoris. Magnifice cantate Et laudate
Dominum, in omnibus operibus suis celebrate eius nomen iu-
bilo, laudate, gratias agite, cantando Et tinniendo, dicentes:
Omnia opera Domini sunt valde bona, Et quicquid ipse man-
dat, hoc fit suo tempore Et momento. Non est ut quisquam
dicat: Ad quid istud? Nam suo tempore veniunt, omniaq;
optata excellunt. Sicut Et illius mandato aquae instar muri
stabant, Et verbo eius stabant torrentes, quasi inclusi teneren-
tur. Nam quicquid ipse suo mandato efficit, hoc incundum
est valde, Et cum ipse auxiliatur, non est ut conqueri possis
deesse aliquid. Omnia opera hominum coram ipso, Et co-

ram oculis eius nihil est absconditum. Ipse omnia videt ab
initio mundi usq; ad finem, Et coram ipso nihil est noui. Non

Omnia ope-
ra Dei bona
sunt.

est, ut dicas: Ad quid prodest hoc? Nam singula creauit, ut

aliquis sit usus illorum. Benedictio eius errans fluit instar

torrentis, Et terram potat instar diluuij. Econtra, fra eius fe-
nit gentes, non aliter atq; terram fluuijs irriguam exarescere si-
nat. Opera eius apud sanctos iusta sunt, sed impij his offen-
duntur. Omne quod ab initio creatum est, bonum est pijs, im-
pijs vero noxiun.

Homini ad usum vita necessaria sunt,
aqua, ignis, ferrum, sal, farina, mel, lac, vinum, oleum, vestes.

Hac omnia pijs cedunt in bonum, impijs vero ad damnum.

Ventorum etiam aliqui creati sunt ad nocendum, ad ultionem,

Et suo impetu damnum dant. Et quando impendet calamita-
tum tumultuantur Et terras turbine perflant, Et iram ex-

equuntur eius, qui creauit eos. Ignis, grando, fames, mors,

buc omnia ad ultionem creati sunt. Bestiae, scorpiones, ser-

G 88 3 pentes,